



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum


**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Festum S. Francisci Ser.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)



# FESTUM S. FRANCISCI Ser.

*Laus.*

**T**HESIS I. *Ponit humiles in sublime.*  
 Job. 5. v. 11. I. S. Franciscus  
 est *Judex mundum condemnans*, conde-  
 mnat enim mundi superbiam sua hu-  
 militate, lasciviam sua castitate, ava-  
 ritiam sua paupertate. II. Est *Atlas*  
*Ecclesiam sustentans*, nam sustentat, re-  
 parat, foecundat. III. *Imago Christum*  
*representans*, representat quippe Chri-  
 stum Nascentem, utpote Natus in sta-  
 bulo, Viventem, utpote non habens,  
 ubi caput reclinet proprium, Morien-  
 tem, utpote insignitus quinque vulne-  
 ribus. *Vivien.*

*Vulnera.*

**T**HESIS II. I. S. Franciscus  
*Vulneratis Pedibus ambulavit.* II. *Vul-*  
*neratis Manibus laboravit.* III. *Vulne-*  
*rato Pectore vixit.* Quis vidit unquam  
 tale, aut huic simile? *Crasset in Con-*  
*sid. in festo.*

*Redivi-*  
*us.*

**T**HESIS III. *Stigmata Domini*  
*Je-*

JESU in Corpore meo porto. Gal. 6. v. 17.  
S. Franciscus Redivivus in tot Franciscis,  
nam Defunctis nova vita viventium  
imitatio est. I. Generantur iterum,  
cum moribus concipiuntur. II. Gran-  
descunt, cum similitudo perseverat.  
III. Moruntur, cum similitudo destrui-  
tur.

THESIS IV. Nunquid considerā-  
sti Servum meum Job, quod non sit ei simi-  
lis in terra. Job. 1. v. 8. I. Homo  
Simplex & Rectus. II. Et Timens  
Deum. III. Et Recedens à malo.  
Job. 18. Hem! Franciscum vivis  
coloribus depictum!

THESIS V. Vivo autem jam non <sup>Unio cum</sup>  
ego, vivis verò in me Christus. Gal. 2. v. <sup>Christo.</sup>  
20. Triplex Unio Francisci cum  
Christo. I. Unio similium inclina-  
tionum in Corde JESU, & in Corde  
Francisci. II. Unio earundem Pas-  
sionum in Corpore. III. Unio earun-  
dem Cognitionum in ipsorum Mente  
ac Spiritu. Bretteville de S. Cath. Sen.


THESIS VI. Qui se humiliat, <sup>LANS.</sup>  
exaltabitur. Luc. 14. v. 11. I. Fran-  
R 3 ciscus

ciscus *Humilis* in vita jacuit. II. *Franciscus Mirabilis* post mortem stat. III. *Franciscus Gloriosus* in cælo sedet.

*Humilis*  
141

THESIS VII. *Simplex & Rectus, ac timens Deum.* Job. 1. v. 8. I. Inter Sanctos non est reperire, qui oblatos honores tanta *Modestia* recusavit. II. Qui tam magna operatus est tanta *Simplicitate*. III. Qui vilibus hominibus tanto *Gaudio* inservijt, ac *Franciscus Diction. Apost.*

THESIS VIII. *Christo confixus sum cruci.* Gal. 2. v. 19. I. Imago *Crucifixi* in *Francisco Renovata*. II. In *Francisco Conservata*. III. In *Francisco toti mundo Communicata*.



## FESTUM S. FRANCISCI BORGIA.

*Contem-  
ptus mun-  
di.*

THESIS I. *Fecit enim mirabilia in vita sua.* Eccl. 31. v. 9. I. S. *Franciscus*